NICOLAUS CUSANUS
Salzburg (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 20r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8207
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



V 4 H
164

ihs

Ydeote De Staticis experimentis

Requietabat consortium ydeote orator
ille romanus ut aliquem viri illius conceptus
qui sibi grati erant audiret. dumque ora
tor laudaret stateram quasi iustitie trutinum atque
rei publice pro necessarium instrumentum ydeota res
pondit. Ydiota Quamquam nichil in hoc mun
do precisionem attingere queat tamen iudicium
statere verius experimur et hinc undique ac
ceptum sed dicito queso cum non sit possibile in
eadem magnitudine esse ydem pondus in diuersis
diuersam habentes originem an nequisquam
experimentales ponderum constripserit dif
ferencias. Orator neque legi neque audiui
Ydiota Utinam quisquam nobis hanc consigna
cionem presentaret super multa volumina
caripenderem. Orator Si tibi animus daret
ut faceres puto pro neminem meliuis fieret.
Ydeota Quisque volens faceret cum sit facile
sed michi deest opportunitas. Orator dicito
utilitatem et modum videbo si aut ego aut
alius efficere queat. Ydiota Per ponderum
differenciam arbitror ad rerum secreta verius
pertingi et multa sciri posse verisimiliori
coniectura. Orator optime ait sic enim pro
pheta quidam ait pondus et stateram iudicium